

Secundus de Anima

citur ad actum per divisionem. Contra divisionem non est generatio ergo per divisionem non sit forma substantialis in actu. Quid autem in qualibet parte sit sensus patet si tuncatur. Item fantasia est potentia organica ergo in parte decisa non est fantasia. An propter quod fantasia hominis est in determinata parte corporis.

Tertio. Non omne sensitivum est motivum secundum locum ut patet ex modis vivendi visus etiam et auditus non sunt in eodem loco ergo partes anime sunt separabiles loco et subiecto in omnibus etiam est vegetativum sine sensitivo.

Quarto. Anima beatitudini non est nunc vegetativa quod non potest habere operationes a se vegetative ergo in me nunc anima intellectiva non est anima vegetativa. Item tunc homo et animalis genere differentia formam unius generis differt a forma alterius cum sit incorruptibilis.

Item tetragonus differt realiter a triangulo ergo anima intellectiva non est anima sensitiva in me ergo in me sunt plures a se. Antecedens propter quia species dividentes aliquod genus non dicuntur de inuisum. Sic est autem de triangulo et quadrangulo vegetativo et intellectivo que dividunt figuram et animam. **Q**uinto si anima esset in corpore tanquam forma ergo physis non debeat diffinire animam per actum sed per formam quod hoc fuisse magis notum. Item eius est potentia cuius est actus si ergo anima est in corpore vita habente sequitur quod corpus potest habere actum loquendo indifferenter de quolibet actu vita quod in definitione anime vita non ponitur pro determinata operatione per quam poterit habere intentionem.

Sexto vel anima ad predictas tres animas est genus vel non si primum. Altera substantia dicitur analogice de materia et forma ergo et anima si secundum sequitur quod anima non debuit prius diffiniri. Itē secundum philosophi. t. c. 9. si ponamus oculum per impossibile esse separatum et esse animal tunc absque dubio visus et potentia visiva erit anima eius quod hec potentia agit in eo oculum vita actionem ergo tunc potentia anime est anima ergo aliqua anima est accidentis. **S**eptimo animal dividitur per rationale et irrationaliter ergo et anima. Forte concedis quia hec est divisione iambic in cuiusdam platonici. Sed contra anima vegetativa nec est rationalis nec irrationalis.

Octavo arguitur contra ordinem procedendi ipsius philosophi quia per accidentia cognoscimus substantiam sed potentie et actus anime sunt accidentia eius ergo per ista cognoscitur sed a notioribus est inchoandum ergo physis prius debuit determinare de potentia anime quam de anima. Forte dicas quod actus anime non est notior anima secundum naturam sed quo ad nos tantum quia non sunt eadem nobis nostra et nature. Sed contra actus diffiniunt potentia et sunt causa finalis earum unde natura plus intendit actum quam potentia quia finis est primum in intentione ergo secundum naturam actus procedit potentiam.

Mono autem quod sunt plus quam genera potentia sunt appetitus dividiti in appetitus sensualitatis rationalem. Appetus autem sensualitatis est quoddam genus. Forte dicas quod appetitus rationalis et appetitus sensualitatis sunt unum genus potentie. Contra Sensitivum et intellectivum non sunt unum genus potentie ergo similiter nec voluntas et sensus

alitas. Item intellectivum non videtur genus sed species specialissima quia omne intellectivum ut hic loquimur est homo et conuerso.

Decimo ideo appetitivum non est gradus vite distinctus quia omne sensitivum est appetitivum ergo per eandem rationem appetitivum non erit potentia distincta a sensitivo. Item quanto virtus est altior tanto est magis unita sed anima rationalis est altior quam anima vegetativa. Cum ergo anima vegetativa non habeat quinq[ue] genera potentiarum non sunt 5 genera potentiarum ergo nec alia.

Undecimo. **S.** **T.** Et multi alii ponunt potentias obedientiales quae non potest impleri ut patet de vita. q. 29. ar. 3. ad. 3. De hac autem nulla fit hic mentione. Item appetitivum non distinguitur ab aliis quia visus appetit visibile sibi conveniens igitur.

Duodecimo ait quod appetitivum constituit modum vivendi quod prius potest esse sine posteriori. Proprius hoc enim vegetativum potest esse sine sensitivo sed sensitivum est prius appetitivo ergo sensitivum potest esse sine appetitivo. Et per consequens constituit gradus vite. Item appetitivum species distinguitur ab aliis ergo est perfectus vel imperfectus eis. Sed inter perfectum et imperfectum sunt gradus ergo appetitivum facit gradum.

Tertiodecimo in quibuscumque est sensitivum in illis est motivum secundum locum ergo motivum secundum locum non facit gradum distinctum.

Antecedens patet quod ex. 6. phi. Omne animatum mouet se. Item videmus quod pars animalis imperfecti si tangatur saltat et retrahit se quia dolet et tristatur. Plante etiam mouentur localiter quando auxilient sursum et deorsum quia per hoc cognoscimus quod vivunt ergo in eis est motivum secundum locum.

Quartodecimo nulla potentia constituit gradus vite ergo motivum secundum locum non constituit gradum vite alias patet quia potentia non est vita nec habens vitam cum sit accidentis sed nichil constituit alio in esse vite nisi sit vita vel habens vitam igitur. Itē nullum appetitivum constituit gradus vite secundum omnem motivum secundum locum est appetitivum secundum phi. hic ergo motivum secundum locum non constituit gradus vite. Itē phi. in fine. i. de anima ponit tamen 4. genera potentiarum ergo hic male ponuntur. 5.

Ad. i. dicitur quod prius erant plures animae in potentia et per divisionem reducuntur ad actum et hoc etiam ostendit in divisione aque. Nec inconvenit formam substantialem esse diuisibilem secundum extensionem. Si queratur an iste due anime que nunc sunt fuerint prius in anima numero vel non. videtur quod prius componebant unam animam numero sicut pars in arborebus quae partes sunt quasi homogenee sed queritur quoniam ramus unus speciei inseritur alteri arbori alterius speciei an ibi sit una anima numero. videtur quod non sicut non est eadem anima numero in matre et filio licet sibi coniungatur per umbilicum quando est in utero. Si dicatur an anima rationalis possit manere post divisionem sicut manet in anguilla videatur quod sic quod homines decapitati aliquando mouentur et albertus dicit libro suo de homine quod lingua pauli post abscissionem capituli nominavit christum et beatus dominus portauit caput suum. Dicendum quod anima rationalis propter suam perfectionem requirit corporis magis perfectum secus est de animalibus que habent calorem